



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,  
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1619**

Cap. XXV. De Molucis insulis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11108**

## C A P V T XXV.

## DE MOLVCIS INSVLIS.

**M**olucæ insulæ sunt plurimæ , sed modicæ, AEquatori subiectæ, aromatum ac præsertim Cariophyli admodum diuites. Præter Christianos, incolæ partim sunt Ethnici, partim Saraceni: frequentes insuper sunt aduenæ variarum nationum , qui commercij caussâ vltrò citroque commeant.

Has inter insulas præstat *Ternate* , quæ *Ternate*. vrbem habet insulæ cognominem , cum arce à Lusitanis excitata. Dynasta *Ternaten-sis*, professione Saracenus , Regi Catholico est stipendiarius.

Amboinum insula, circuitu millia paf-  
suum amplius octoginta complectitur , & *Amboina*. vicis frequentibus habitatur. Habet & hic præsidium militare *Rex Catholicus*.

## C A P V T XXVI.

DE MACAZARIAE RE-  
gno.

**M**acazaria insula ingens , à Molucis in ortum Solis, leucas circiter quin-  
qua-